

17

1.

2.

3.

4.



1793, 20.

DE
ΚΥΝΟΦΟΡΙΑ
SIVE
PACIS PVBLICAE TVRBATORVM
AD
CANES PORTANDOS
DAMNATIONE

IVRIS ANTIQVI CRIMINALIS
COMMENTATIO
QVA

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
DISPV TATIONES
EX

THESIBVS IVRIS CONTROVERSI
INSTITVENDAS
INDICIT

IOANNES CHRISTIANVS KNOETZSCHKER
IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR



ΚΤΙΝΟΦΟΡΙΑ
PACIS FABRICAE TARBATORVM
CAMES FOR TANDOS
LAMENTIONS
THEIR ANTIQVIT GRILLAS
COMMENTARIO
GVA
LEVSIRIS IVRSOOSTVORV GADINIS
AVOTONATE
DISTVATIONES
EX
THEIRIVS IVRSI CONTROVERSI
INSTRVENDIS
INSICIT
IOANNES CHRISTIVS KNOETZSCHNER
IHS VTRIVSVE DOCTOR



DE
ΚΥΝΟΦΟΡΙΑ
SIVE
PACIS PVBLICAE TVRBATORVM
AD
CANES PORTANDOS
DAMNATIONE.

I.

Praeter alias ignominiae poenas κυνοφορίαν apud veteres Romanos aequè, ac Germanos ex more maiorum inualluisse demonstratur.

Quum leges omnium populorum id spectent, vt, nisi ea a ciuibus agantur, quae societati non noceant, in violatores legum poenae sint statutae: harum sine dubio non vltimus finis fuit, vt homines a similibus sceleribus detererantur. In iis autem malis, quae, dum corpus s. animum male afficiebant, hunc scopum ferire putabantur, apud Romanos quidem, more maiorum inualluerunt variae ignominiae genera, quae facinorosis spectante populo insingerentur, quo inprimis pertinet, si scelerati quasdam res ad certum locum portare cogebantur. Sic feruorum delinquentium vel furcam a), vel canem b) collo pendentem, vel crucem c) patibulumue d) ad locum

a) PLVTARCH. in Coriol. „Erat magna castigatio ferui delinquentis, si lignum curvum, quo remonem sustentant, tollens et ferens, exiret circa viciniam; id enim passus et sic conspectus, non ultra fidem habebat.“

ISIDOR. Lib. X. Orig. „Furcifer, inquit, dicebatur olim, qui ob leue delictum cogebatur a dominis. ignominiae magis, quam supplitii causa, furcam circa urbem ferre, praedicans peccatum suum et monens caete-

ros, ne quid simile peccarent. CIC. Lib. I. Diuin. c. 26. „Seruus cum virgis caederetur furcam ferens ductus est.“ PLAVT. in Casin. II. 8. 1.

Ego remittam ad te viram
Cum furca in urbem tanquam carbonarium.

b) PLAVT. Casin II. 6. 37. „Vt quidem tu hodie canem et furcam feras.

c) Conf. CAROLI LUDOV. TOLNERI

locum vsque supplicii portare, simulque caussam huius baiulationis adstantibus spectatoribus eloqui, fuit poena, quae praeter seruos etiam aliis natu ingenuis e) infligi solita est. Simili modo Romani milites rerum suarum incuriosi, et dicto praefectorum inobedientes puniebantur, vt cespitem f) portantes per totum diem ante Praetorium stare iuberentur.

Eiusmodi vero poenis probrosis ac ignominiosis in Germania quoque locum fuisse, historia docemur. Occurrunt enim variarum rerum, vt lapidum g), fellae h), rotae et canum i) gestationes, quibus facinorosi vel pro conditione sua, vel pro grauitate delictorum pledebantur. Ne autem iusto maior campus nobis pateat, quem hocce libello percurrere nefas sit, commentabimur iam nonnulla de veteri illa, quae ex testimoniis OTTONIS FRISINGENSIS k), ARNOLDIQUE LUBECENSIS l) apud Francos, Sueuos, Saxones, Gothos, Bohemos et Longobardos vixit, consuetudine, qua Nobiles, atque inprimis Principes Imperii et Comites, qui rebelles egerant, seque pacis publicae turbatores gesserant, ignominiae causa ad canem, vel in proximam et confinem terram, vel ad certam urbem, vel ad alium distitum locum portandum, ex sententia Curiae principum *) adfecti sunt. De hac vero inue-

terata

Hist. Palarina (Francof. MDCC. f.) Cap. XIV. pag. 304.

d) FLAUT, Carbonaria habet haec: PATIBVLVM ferat per urbem.

e) FESTUS in voce Probrum LIV. Lib. 22. 19. conf. Epir. Lit. I. 55. „Marius accufatus apud tribunos, quod exercitum in Hispania deseruiffet damnatusque sub furca diu virgis caesus est seftertio nummo venit.

f) SUTTON, in Aug. c. XXIV.

g) DREYER de Gestatione lapidum ignominiosa, quem libellum IO. CHRIST. QUISTORPIUS in den Grundsätzen des Deut. Peinl. Rechts (Rost. und Leipzig 1789. 8.) 5. Abschn. S. 172. p. 350. laudauit.

h) CYRIACUS SPANGENBERGIUS in Chron. Mansfeld. (MDLXXII. fol.) ad an. 1156 Cap. CCXXIV. pag. 261. „Den alten vom Adel, so hievinnen mitschuldig ward auferlege nach vorigen alten Statuten

gleichgestalt ihren Herrn einen Sobemmel oder Strufl so ferne nachzuragen.

i) OTTO FRISING. de Gest. Frid. I. Lib. II. Cap. 28. p. 470. Verus consuetudo pro Lege apud Francos et Sueuos inoleuit, vt, si quis Nobilis, Ministerialis vel Colonus, coram suo Iudice, pro huiusmodi (fractae pacis publicae) excessibus reus inuenius fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suae ignominiam, Nobilis Canem: Ministerialis Sellam: Rusticus arariorum de comitatu in proximum comitatum gestare cogatur. „Cf. etiam CAROL. DUFRESNE Gloss. ad Scriptores med. et infimae Lat. T. II. (Paris. MDCCXXXIII. f.) p. 164. sub voc. Canem ferre.

k) cit. l.

l) Chron. Lib. VII. c. 2. Cf., etiam TOLNERI Hist. Pal. Cap. XIV. pag. 307.

*) Antiquissimis temporibus, et iam Francorum imperio, Principum Germaniae

terata consuetudine Germanorum iam vetus poeta GÜENTHERUS m) ita cecinit:

Quippe vetus mos est, ubi, si quis Rege remoto,
Sanguine vel flamma, vel seditiois apertae
Turbine, seu crebris Regnum vexare rapinis
Audeat; ante grauem quam fuso sanguine poenam
Excipiat, si Liber erit, de more vetusto
Impositum scapulis, ad contigui Comitatus
Cogatur per rura Canem confinea ferre,
Sin alius, Sellam. — — —

GEORGIUS autem SABINVS, poeta, quem CYRIACVS SPANGENBERGIUS n) laudauit, hos habet versus:

Mos antiquus erat, qui publica commoda patis,
Caesare, turbasset, bella gerente foris,
Totius Imperii reus, inspectante Senatu,
Vt Canis impositum corpore ferret onus.

Iam ipsa adferri possint poenae exempla: ante tamen in causas, cur in canibus gestandis veteres Germani tantam ignominiam posuerint, inquiramus, et istam poenam, quae Graecis *κυνόφελος* audit, ob alia, quam rebel-

niae causas criminales, quae poenam corporis inflictiuam, vel honoris afflictiuam irrogabant, in Senatu principum ventilatas fuisse, constat multis testimoniis. Subsequentibus seculis a pristino more, quo causae Principum criminales non solum Regis, sed simul Principum committebantur iudicio, nequaquam fuisse recessum, HENR. CONRINGIUS in *Diff. de Iud. Germ.* tradidit. Conf. et 10. GUIL. COM. DE

WURMBRAND in *Foro S. Imperii Romano-Germanici Principum* (Lips. MDCXCII. et reuif. MDCCXXXII.) Cap. II. §. III. p. 5. et Cap. II. *Class. IV. §. 1. p. 57.*

m) *Ligur. f. de Rebus Gestis Imp. Frid. I. ex edit. CONRADI RITTERSHUSII* (Tubingae MDXCIII. §.) Lib. V. 194. 199.

n) *Chrou. Mansfeld. Cap. CCXXIV. p. 26.*

rebellionis crimina, inflictam fuisse, imo militibus quoque esse statutam, ostendamus.

II.

Canes fuisse Germanis symbolum seruitutis ostenditur.

Causa vero, cur illae res, lapides, rota, tali ignominiosae gestationi inferuerint, exinde est repetenda, quod multae res veteribus Germanis, et procul dubio maximam partem Romanis quoque, erant symbola et imagines facinorum et scelerum. Quemadmodum enim fella, qua baiulanda homines pigros adfectos fuisse constat, ignauiam innuisse volunt o), ita canis contumaciae ac impudentiae p), seruitutisque q) signum ferebatur. Nam sicuti canes ad domum heri catenis affixi excubiarum causa tenentur, ita et serui a dominis suis canum instar habiti, saepius adeo nomine canum solebant insigniri. Inde mos inualuerat apud veteres Germanos, imprimis Saxones, vt cum Venedorum et Slavorum populis, quos sese longe vilioris ac inferioris conditionis, et seruos natos opinabantur aliquid commune habere, et cum iis habitare, connubiaque celebrare, valde dedignarentur. Accedit praeterea, quod eosdem contumeliose tractabant, canumque nomine appellabant. Cuius perversae consuetudinis ne desit exemplum, LAMBERTVS SCHAFFNABURGENSIS r) sit rei testimonio, quippe qui Dietericum Marggrafium Bernhardo, Duci Saxoniae, a quo Mistewoi, princeps Obotriticus, fratris filiam uxorem petierat, non decere cognatam cani dare, dixisse, memoriae prodidit. Non dissimili modo olim Venedos in Lusatia et Bohemia a Germanis *canes* appellatos fuisse, relatum legimus. s)

III.

o) PHILIPP. CAMERARIUS in *Horis Sub-* 354. nec non BANGERTUS ad *Lib. VII.*
cif. (Francof. MDCXLIV. 4) Censur. II.
Cap. XCV. pag. 367.
p) *ibid.*
q) IOH. PET. VON LUDEWIG *Erläute-*
rung der güldnen Bulle (Frankf. und Leipzig
MDCCLII. 4.) Th. II. Tr. XVII. §. 3.
pag. 186. et Tir. XXIV. §. 2. (not. m.) pag.
r) *Arnoldi Lubecens. c. 2. pag. 302. sq.*
r) ad an. 1057. apud IO. SAM. DREYER
in den vermischten Schriften Th. 3. p. 1163.
Conf. etiam MEINERI et SPITTLERI Göt-
ting. Magaz. 7. Band. (1790) pag. 447. sq.
s) *Götting. Magaz. c. 1.*

III.

Natura ac indoles poenae κνωΦορίας fufius exponitur.

Poenam κνωΦορίας probroſam rebellibus, qui, regnum praedationibus, rapinis, ſeditione atque incendio vaſtantes, leges pacis publicae violauerant, infligi ſolitam fuiſſe, omnes omnino ſcriptores antiquiſſimi tradunt, ipſiusque huius ignominioſae animaduerſionis exempla exhibent. Primum vero, cum nemo, praeter dominos territoriorum et Ordines imperii, fractae pacis publicae accuſari queat, mirum non eſt, cur hiſtoria tantummodo principum et comitum, aliorumque nobilium ſociorum, qui portarent canes, fecerit mentionem. Fuit autem haec poena tam ſancta, et alte delinquenti inflicta eſt, vt ab hac nulla dignitas, neque ſenectus, ne facer ordo quidem, *z)* pacis publicae violatorem liberare poſſet, niſi ſola Imperatoris clementia. Deinde eandem poenam militum quoque fuiſſe, ARNOLDUS LÜBECENSIS *v)* ſtatuit; et ſane milites, qui petulantes iuniores appellabantur, ſub Magiſtro militum per Illyricum canem luteum in rubra parma praetuliſſe, in cuius medio orbis erat lutei coloris, et canis ſuperne pedibus, quod fieri poterat, exporrectis, iam PHILIPPUS CAMERARIUS *x)* obſeruauiſt. Caeterum vero quemodmodum iam apud Romanos geſtationes furcae, patibuli, *y)* et crucis ad locum ſupplicii, grauiori poenae, adeoque vltimo ſupplicio praemitti ſolebat; ita et more Germanico ſellae, rotae et canis baiulationem interdum poenae exacerbandae, maiorisque dedecoris cauſa, cum vltimo ſupplicio coniunctam fuiſſe, ex loco OT-

TONIS

z) Inſigne exemplum, quo ex teſtimonio ARNOLDI MEDIOLAN. Lib. I. Cap. XVI. p. 7. Oldericus, Episcopus Aſtenſis, non aequae, ac frater Manfredus Marchio ad canis, ſed ad Codicis geſtationem condemnatus erat, exceptionem a regula conſtituiſſe videtur.

v) Chron. Lib. VII. c. 2. Cf. et 108. PHIL. DATT de Pace Imperii Publica (VII. nae MDCXCVIII. fol.) Cap. XX. p. 145.

x) Hor. Subieſiv. Cent. II. Cap. XCV. p. 368.

y) LACTANT. Inſt. Div. I. 7. c. 8. „Antonius Maximus diuerberatum ſeruum ſub furca, medio Circo, ad ſupplicium egerat. ARNOB. Lib. I. Sat. c. 10. „Antonius Max. quidam ſeruum ſuum verberatum patibulo que conſtrictum agebat per Circum.

z) c. 1. „Vt, ſi quis — reus (rebellionis) inueniatur

TONIS FRISINGENSIS *z*) atque GUENTHERI *a*) supra laudatis adparet.

Iam vero quod ad ipsum modum, quo canes portandi erant, attinet, doctorum virorum alii aliam fouent sententiam. CHRISTOPHORUS LEHMANNUS *b*) et CYRIACUS SPANGENBERGIUS *c*) canem in humeris de dorso pendentem, quibus posterioribus pedibus tenendum, GUENTHERUS *d*) autem scapulis imponendum, GEORG. FABRICIUS *e*) tandem sinu portandum fuisse, tradiderunt. Quod autem alii *f*) de ducendis canibus ad certum vsque locum, non vno modo disputarunt, horum lites decidere non ausim. Vtrum tamen canis a loco perpetrati delicti, vel in curia regis, vel in conuentu publico ad proximam ecclesiam, aut certam urbem, an circa castra, nonnumquam etiam e territorio in proxime confinem terram fuerit baiulandus, id procul dubio a rerum opportunitatibus, ac ipsa re per sententiam curiae principum fuit definiendum.

Per hanc ipsam rerum coniunctionem in mentem venit illud prouerbum Germanicum: *Hunde führen bis Bauzen.* In quo illud mirationem facere possit: cur vrbs illa celeberrima terminus huius poenae sit dicta? At, si quis Budissam urbem fines Imperii Germanici antiquissimos habuerit, hunc suspicantem, canem per rura latissima poenae loco portandum inuui, ratio dicti in prouerbio loci non fugiet.

IV.

Exempla huius poenae traduntur.

Prima vestigia huius poenae antiquus ille scriptor fide dignissimus WITICHINDUS, Monachus CORBEIENSIS, *g*) nobis seruaui. Postquam enim

inuenus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suae ignominiam, canem — gestare cogatur.

a) c. l. — Ante gravem quam fuso sanguine poenam excipiat: si liber erit, de more uerusto impositum scapulis, ad contrigua conitatus cogatur per rura canem confusa ferre.

b) Chron. Spir. c. l.

c) Chron. Mansfeld. c. l.

d) c. l.

e) Saxonia illustrata (MDCVII. fol. Lib. II. pag. 130.

f) OETTER *Untersuchung der Frage: Ob die Personen, die den Landfrieden gebrochen hatten, die Hunde führen oder tragen müssen? (Augsburg 1784.)* quem libellum IOH. CHRIST. QUISTORIUS c. l. p. 350. laudauit.

g) in *Annales*. Lib. II. apud HENR. MEIBOM.

enim dignitas regia Germanorum ad familiam illustrem Saxonicam translata erat, id principes Franconicae domus, ex stirpe Caroli M. oriundi, valde sunt indignati, qua de causa multae, caeque graues inter vtriusque domus principes exortae sunt inimicitiae, vtpote cum Franci pristinam potentiam suam restaurare, Saxones contra iusto maiorem splendorem prae se ferre anniterentur. Inprimis autem gloriae Saxonum aduersarii inuidiosum exstiterunt Arnulphus Bauariae, et Eberhardus, Franconiae Duces, quorum hic, cum, fratre Imperatoris Ottonis I. Henrico Duce capto, Bruningique dynastiae Saxonici, potentisque per Thuringiam viri, bonis vastatis, eiusdem sedem Elueri *h*) incendio deleuisset omnesque ciues interfecisset, fractae pacis publicae conuictus; an. DCCCCXXXVII. ab Ottone Imp. in confessu principum conuocato, vna cum huius sceleris sociis et adiutoribus, ad poenam illam ignominiosam, canis ad urbem Madeburgi vsque portandi, condemnatus est. Eberhardum autem Ducem et Comitem Palatinum Rhenanum hanc poenam non luisse, sed ob originis splendorem et dignitatem, quippe Conradi I. Imperatoris fratrem gratia Caesarea liberatum, et centum duntaxat talentis, aestimatione equorum damnatum fuisse, ex ipso WITICHINDII loco adparet; idemque postea CHRISTOPHORUS LEHMANNUS *k*) et ALBERTUS CRANZIUS *l*) memoriae prodiderunt; imo et focii postea omnes in gratiam cum Imperatore rediisse narrantur. Exstat aliud insigne eiusmodi poenae exemplum apud ARNULPHUM MEDIOLANENSEM *m*) ex quo an. MVIII. Manfredus, Italicus Marchio, ob auxilium

BOM. *Rev. Germ. Tom. I. p. 644.* „Saxones Imperio Regis facti gloriosi dedignabantur aliis seruire nationibus, quaesturasque, quas habuere, nullius alius, nisi solius Regis gratia, habere conuenserunt. Unde iratus Eberhardus contra Bruningum collecta manu, succendio tradidit Civitatem illius, vocabulo Elueri, interfectis omnibus ejusdem Civitatis habitatoribus. Qua praesumpcione, Rex, audita, condemnavit Eberhardum, centum talentis aestimatione equorum, omnesque Principes Militum, qui cum ad hoc facinus adiurabant, dedecore canum, quos portabant, vsque ad Urbem Regiam, quam vocitamus Magadaburg. — — — Ipse autem Rex, ut erat Clementissimus, dum turbatores pacis

merita castigatione afflixit, ilico cum pietate suscepit, et unumquemque eorum Regio munere honorans, dimisit in pace. Conf. et CORNADUS URSBERG. in *Chron. ad an. 937.*

b) Forstän, *Elmeris, Elmershausen*, vel vbi hodie coenobium Helmershausen ad fl. Wisaram, vt autumat HENR. MEIDOMIUS in not. ad WITICH. cf. etiam TOLNER c. 1. pag. 305.

i) *Annal. Lib. II. p. 644.*

k) *Chron. Spir. Lib. V. Cap. IV. p. 341.*

l) *Saxon. Lib. III. c. 15.*

m) *Hist. Mediol. Lib. I. Cap. XVI. p. 7.* quae in 10. GE. GRAEVII *Tesouro Antiquit. et Histor. Italiae (Lugd. Bat*

ium fratri Olderico, Astenſi Epifcopo, in lite cum Arnulpho, Archipraefule Mediolanenſi praefitum, ad canem inde a tertio ab urbe Mediolani milliario nudis pedibus portandum, damnatus legitur. Deinde et ſeculo poſt, CAROLO LUDOVICO TOLNERON) teſtante, Borivoius Bohemiae Dux, qui pulſus a Suendibocho an. MCX. Bohemiam et Pragam incendiis vaſtavit, a Ladislao autem, Suendibochi ſucceſſore, poſtea auxilio Henrici V. Imperatoris cum rebellionis focis captus erat, eadem poena *κρυφοπόδες* adfectus eſt. Porro et an. MCLV. vti OTTO FRISINGENSIS o) et DODECHINUS p) teſtantur, Arnoldus, Archiepiſcopus Moguntinenſis, atque Hermannus, a caſtro ſuo de Staleck dictus, Comes Palatinus ad Rhenum, cum focis ſuis ex ſententia Friderici I. Imperatoris, et principum Wormatiae congregatorum, ob civile bellum, per quod terram Rheno adiacentem, Imperatore in Italia commorante, praedatione ac incendio perturbant,

MDCCXXII. f.) T. IV. proſtat, „Haec autem fuit pacis conditio, quod venientes Mediolanum, tertio ab urbe milliario, nudis incedendo veſtigis, Epifcopus (Oldericus) Godecem, Marchio (Manfredus) Canem bajulans, ante fores Eccleſiae B. Ambroſii, reatus proprios devotiſſime ſunt confeſſi. Deinde nudis, ſicut venerant, pedibus per medium Civitatis ad Eccleſiam majorem Sanctae Theoroſos uſque deveniunt, ab Archiepiſcopo (Arnulpho) et Clero, cunctoque recepti in pace populo. Cf. etiam MART. CRUSIUS Hiſt. Suev. Lib. X. P. II. c. 14. et BROWERUS Annal. Trevir. Lib. XIV. p. 789. nec non DVERESNE c. l. p. 164. n) Hiſt. Palat. Cap. XIV. pag. 305. o) c. l. Lib. II. Cap. 28. pag. 170. „Ad portus Rheni ſe conferens Imperator (Fridericus I. redux ex Italia,) proximum Natale Domini Wormatiae celebravit, — — Ad hanc Curiam Arnaldus, Mogunt. Archiepiſcopus et Hermannus, Palatinus Comes, venientes, de hac, quod abſente Principe, Terram illam praeda et incendio perturba-

crant, in cauſam ponuntur, ambobuſque um complicitibus ſuis, reis inventis, alteri ob ſeniſ morumque gravitatem, et Pontificalis ordinis reverentiam parcitur, alter poena debita (Danis geſtatione) peſcitur. — — Hunc morem Imperator ſervavit, Palatinum iſtum Comitem, Magnum Imperii Principem, cum decem Comitibus, complicitibus ſuis, canes per Teutoniam milliaria portare coegit.

p) in Appendice ad Marian. Scotum ad an. 1155. „Bellum fuit inter Arnoldum Archiepiſcopum et Hermannum Palatinum Comitem — — Rex Nativitatem Domini Vormaciae celebravit, ubi Hermannus, Palatinus Comes et Emicho Com. de Liningen, et Godefridus de Spanheim, et Henricus de Katzenelenbogen, et Conradus Com. de Kirberg, Henricus Com. de Didiffen, et alii, ex parte praedicti Hermannii, canes portare venerunt; — Ex parte vero Epifcopi, canes quidem portare coeperunt Ludovicus Com. de Lobim; et Guilielmus Com. de Gliberg, et alii: ſed ob reverentiam Archiepiſcopi ceſſare ab Imperatore juſſi ſunt.

rant, ad canes per milliare germanicum portandos, damnati narrantur.
De quo factio poeta GUENTHERUS q) ita canit:

— merita consumit clade nocentes

Cumque Palatino (Hermanno) Comites bis quinque potentes

Ferre canes scapulis foedissima pondera cogit.

atque alibi:

Tunc duo praefati Procures, Arnoldus et alter (Hermannus),

Aulicus ille Comes, multis vehementer in illos

Accensis, Regemque gravi stimulantibus ira,

Ob sua multiplici crudeliter acta reatu,

Iudicio victi, capitalis vulnera noxae

Exciipiunt: — — — — —

— — — Cuius dispendia poenae

Ille Palatinae custos celeberrimus Aulas

Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus

Portavit scapulis passus plus mille, latrantem.

Hanc quoque tunc alii simili pro crimine poenam

Sustinuere decem Comites totidemque coacti

Foeda tulere canes generoso pondera collo.

nec non GEORGIUS SABINUS r) poeta hoc modo:

Ergo quod, Italicis dum concita gessit in oris

Bella (Caesar), Palatinus mouerat arma domi;

Hunc licet invitum detrectantemque coegit

Inclita per Nemetum moenia ferre canem.

Qui

q) *Ligur. Lib. V. v. 186. p. 91.*
CCXXIV. p. 261.

r) Cf. SPANGENB. *Chron. Mansf. Cap.*

Qui socii Arnolde Archiepiscopo fuerint, in quibus Comes de Lochem, et Wilhelmus, Comes de Gleisberg nominantur, cum iam omnes gestare incepissent, Imperatoris gratiam obtinuisse, et habita ratione tum senii, tum reuerentiae Clerico debitae, a quo ne poenae quidem initium factum erat, liberatos esse, ipse OTTO FRISINGENSIS r) vna cum DODECHINO t) litteris consignauit. Tandem Gerhardus, Nobilis de Querfurt, cum an. MCCII. Henricum, ecclesiae Magdeburgensis Decanum, in via publica inuasisset, eumque oculorum lumine priuasset, iussu Philippi Imperatoris, poenam canis cum quingentis nobilibus, qui socii ipsi fuerant, portandi, ex testimonio ARNOLDI LUBECENSIS u) incurrit. Attamen haec postea iudicio principum mitigata, et in mulctam commutata fuit, ita, vt ipse mille libras argenti laeso et oculis priuato Henrico, centum libras ecclesiae Magdeburgensi persolueret, quingenti vero Nobiles canes a loco criminis perpetrati ad valuas vsque ecclesiae Magdeburgensis gestare, reuera coacti sint.

s) c. l.

r) c. l.

u) Chron. Lib. 7. c. 2. „Quae praesumptio hoc modo multata est, vt mille marcas argenti injuriato persolueret, et de feudo suo ad centum marcas argenti Ecclesiae majori resignaret, et cum multis nobilibus hominum

ei faceret et cum quingentis Militibus millicarem ei poenam persolueret, id est, vt singuli Milites de loco perpetrati sceleris usque ad fores majoris Ecclesiae ceniculum deferrent. „Conf. etiam DUFRESNE Glossar. Tom. II. p. 164. nec non TOLNERUS c. l. p. 205.

Sed iam veniendum est ad id, cuius causa haec scripta sunt. More scilicet antiquo est servatum et lege scriptum, ut, si qui velint disputationum ex Theſibus iuris controuersi habendarum copiam nancisci, studioſisque Iuris esse loco moderatoris et praesidis, ad hanc rem auctoritate Illustriſs Ictorum Ordinis, specimine quodam edito, aditum sibi aperire teneantur. Vnde factum est, vt, cum non pauci studioſi Iuris, multis nominibus laudandi, apud me professi essent, se propediem me praeside legitimas velle instituire disputationes, hac proluſione eorum voluntati inferuendi veniam impetrarem, ita quidem, vt et in posterum alii me ad eiusmodi certamina moderanda promptum paratumque habituri sint. Si vero, quorum desiderio propediem erit satisfaciendum, sunt hi iuuenes humanissimi atque doctissimi:

CAROLVS HENRICVS ZEPPERITZ

EVRKERSRODA - MISNICVS.

IOANNES GOTTLOB BEYER

FRIBERGENSIS.

CAROLVS LVDOVICVS PEINE

CAHLAVIENSIS - LVSATVS.

PAVLVS CHRISTOPHORVS AENOTHEVS ANDREAE

LIPSIENSIS.

IOANNES FRIDERICVS EHRlich

WILTHENO - MISNICVS.

CAROLVS CHRISTIANVS NELL

CIZENSIS.

Dabam hac in Vniuersitate Litterarum Lipsiensi a. d. XX. Ianuarii
A. R. S. C190CCLXXXIII.

CAROLVS HENRICVS ZEPHERINVS

WILTHENO - MISNICVS.

IOANNES GOTTLIEB ZEPHERINVS

LIPSIAE


EX OFFICINA SOMMERIA.


CAROLVS HENRICVS ZEPHERINVS


WILTHENO - MISNICVS.

PAVLVS CHRISTOPHORVS VENIOTIVS ANDREAE

WILTHENO - MISNICVS.







Leipzig, Diss.; 1793

ULB Halle

004 350 43X

3





f

TA-20L

nur Stk. 6 bisher vernüpft







1793, 20.

DE
KΥΝΟΦΟΡΙΑ
SIVE
PACIS PVBLICAE TVRBATORVM
AD
CANES PORTANDOS
DAMNATIONE

IVRIS ANTIQVI CRIMINALIS
COMMENTATIO
QVA
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
DISPV TATIONES
EX
THESIBVS IVRIS CONTROVERSI
INSTITVENDAS
INDICIT
IOANNES CHRISTIANVS KNOETZSCHKER
IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR

